do aūt hoīum abducta ꝑ spēm operis:
eum qui ante tempus tanq̄ʒ homo ho-
noratus fuerat nūc deum estimauerūt.
Et hec fuit vite humane deceptio quo-
niam aut affectui aut regibus deseruiē-
tes hoīes incōicabile nomen lapidibꝫ:
⁊ lignis imposuerunt. Et non suffecerat
errasse eos circa dei scientiaʒ: sed in ma
gno viuentes inscientie bello: tot ⁊ tam
magna mala pacem appellat. Aut eniʒ
filios suos sacrificantes. aut obscura sa
crificia facientes aut insanie plenas vi-
gilias habentes: neqʒ vitam neqʒ nup-
tias mundas iam custodiunt: sed ⁊ ali-
us alium ꝑ inuidiam occidit. aut adul-
terans contristat. ⁊ omnia cōmixta sūt.
sanguis. homicidium. furtū ⁊ fictio. cor
ruptio ⁊ infidelitas. turbatio ⁊ periuriū
tumultus: bonoꝝ dei īmemoratio. aīaꝝ
inquinatio. natiuitatis īmutatio. nupti
arum inconstantia. inordinatio mechie
⁊ impudicitie. Infandoꝝ enim idoloꝝ
cultura omnis mali causa est. ⁊ initium
⁊ finis. Aut enī dum letantur insaniūt
aut certe vaticinant̄ falsa: aut viuūt in-
iuste: aut periurant cito. Dum enī con-
fidūt in idolis que sunt sine anima. ma
le iurantes noceri se non sperant. Utra
qʒ ergo illis euenient digne quoniā ma
le senserunt de deo attendentes idolis.
⁊ iurauerūt iniuste in idolo cōtemnen-
tes iusticiam. Non enim iurantium est
virtus: sed peccantiū pena perambulat
semꝑ in iustoꝝ ꝑuaricationē. **C XV**

Tu autem deus noster. suauis
⁊ verus es: patiēs ⁊ in miseri
cordia disponens omīa. Etenī
si peccauerimꝰ tui sumus. scientes ma-
gnitudinem tuam. ⁊ si peccauerimus:
scimus quoniam apud te sumus cōpu
tati. Nosse enim te consummata iusti-
cia est. ⁊ scire iusticiam ⁊ virtutem tuā
radix est īmortalitatis. Non enim in er
rorem induxit nos hoīum male artis ex
cogitatio nec vmbra picture. labor sine
fructu. effigies sculpta per varios colo-
res: cuius aspectus dat insensato cōcu-
piscentiam. diligit mortue imaginis effi
giem sine anima. Malorum amatores
digni sunt morte: qui spem habent in
talibus. ⁊ qui faciūt illos: ⁊ qui diligūt
⁊ qui colunt. Sʒ ⁊ figulus mollem ter
ram premens laboriose fingit ad vsus
nostros vnumquodqʒ vas. ⁊ de eodem
luto fingit que munda sunt in vsum va
sa. ⁊ similiter que his sunt contraria.
Horum autem vasorum quis sit vsus
iudex est figulus. Et cum labore vano
deum fingit de eodem luto. ille qui pau
loante de terra factus fuerat. ⁊ post pu-
sillum reducit se vnde acceptus est. re-
petitus anime debitum quam habebat
Sed cura est illi non quia laboraturus
est: nec quoniam breuis illi vita est: sed
concertatur aurificibus ⁊ argentariis:
sed ⁊ erarios imitatur. ⁊ gloriam ꝑfert
quoniam res superuacuas fingit. Cinis
est enī cor eius: ⁊ terra superuacua spes
illius. ⁊ luto vilior vita eius: quoniam
ignorauit qui se finxit. ⁊ qui inspirauit
illi animā que operatur. ⁊ qui insuffla-
uit ei spiritum vitalem. Sed ⁊ estima-
uerunt lusum esse vitam nostram. ⁊ cō
uersationeʒ vite compositam ad lucrū
⁊ oportere vndecunqʒ etiam ex malo ac
quirere. Hic enim scit se super omēs de
linquere: q̄ ex terre materia fragilia va-
sa ⁊ sculptilia fingit. Omnes enim insi
pientes ⁊ infelices supra modum ani-
me sue supbi sunt inimici populi tui. ⁊
imperantes illi: quoniā omīa idola na-
tionū deos estimauerunt quibus neqʒ
oculoꝝ visus est ad videnduʒ: neqʒ na-
res ad ꝑcipiendum spiritum. neqʒ au-
res ad audienduʒ: neqʒ digiti manuū
ad tractandum: sʒ ⁊ pedes eoꝝ pigri ad
ambulandū. Homo enim fecit illos. ⁊
qui spm̄ mutuatus ē: is finxit illos. Ne
mo enim sibi similē hō poterit deū fin-
gere. Cū enī sit mortalis mortuū fingit

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0920
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG